

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Remuneratio a  
cum fonte primo

Manet spectator desuper  
cunctorum praescius Deus,

bonis premia, malis supplicia  
dispensans. Nec frustra sunt in Deo  
posite spes precesque que cum recte  
sunt inefficaces esse non possunt.  
Aduersamini igitur  
uicia, uirtutes colite, ad rectas spes  
animum subleuate, humiles preces in  
excelso porrigite. Magna uobis est,  
si dissimulare non uultis, necessitas  
indicta probitatis cum ante oculos agitis  
iudicis cuncta cernentis.

Boecius libro V. de consolatione.

Manet etiam spectator desuper  
cunctorum praescius deus  
uisionisque eius praesens semper  
aeternitas cum nostrorum actuum futura  
qualitate concurrat  
bonis praemia malis supplicia  
dispensans. Nec frustra sunt in deo  
positae spes precesque, quae cum rectae  
sunt inefficaces esse non possunt.  
Auersamini igitur  
uicia, colite uirtutes, ad rectas spes  
animum subleuate, humiles preces in  
excelsa porrigite. Magna uobis est,  
si dissimulare non uultis, necessitas  
indicta probitatis cum ante oculos agitis  
iudicis cuncta cernentis.

Boethius, *Philosophiae consolatio*, 5,  
prosa 6 (CCSL 94, L. Bieler ed., p.105,  
ll.146-156).